4 S 1732

Gratis

In Nomine Domini Amen!

Manifestum ac notum sit quicunque, quorum
interest, per publicum hoc instrumentum notariale
quod Anno currente Millesimo septingentesimo tri:
gesimo secundo, die vigesimo quinto Mensis Aprilis,
Nobilis, ac generosus Dominus Ludovicus Josephus ~
Liber Baro de Murua, Serenissimi ac potentissimi
Principis, ac Domini Domini Johannis Christiani
Comitis Palatini ac Haredis Principatus Sulba:
censis Clementissimi, hic Heidelbergæ Residentis
Camerarius aulicus primarius, Coram me infra
scripto Notario Cæsareo publico jurato testibusque
in fine hujus consignatis comparuit et eo sese,
aperte declaraverit, quoniam ille ipse in patria
sua in Regno Hispaniæ sita, neutiquam esse ~
minusque bonis a suo pie defuncto Domino Pa:
rente Joanne libero Barone de Murua, qui
quondam Gubernator Antwerpiæ extiterit, si:
mul etiam S: M: J: et Cathol: dignitate Tribuni
Militum præeminuit, relictis ac rebus suis com:
mode uti frui non posset, quod adeoque ob im:
pedimentum tale Legitimum absentiæ Nobili
et perquam Dilectæ Dominæ Matri suæ Mariæ
Annæ Viduæ de Murua Natæ de Torres et de
La Torre, plenam ac immediatam potestatem
conferret, ac omnia sua bona propria mo= et
immobilia jure hæreditario aut alio titulo ibi:
dem habentia nihilo excepto, cum omnibus
appertinentiis, quovis meliori modo, ac posse
suo Nomine irrevocabiliter, vendendi, alienandi
distrahendi, evictionem præstandi, renunciandi
pretia eorum stipulata recipiendi, dandi
Apochas, imo ea faciendi, quæcunque etiam

ad hoc Negotium Specialiter reperientur necessaria, Concedat, et quid quid itaque per Dilecta Domina Sua Parens vi hujusce a se ipso etiam nobiscum Subscripti, et Sigillati mandati est factura hoc id ipsum ab eo Similiter, ratum gratum, et ut proprium factum Suum, cum renunciatione quarumvis exceptionum in genere ac in Specie et quidem ad Dies perpetuos habeatur, annexa decenti requisitione tali, ut hac Animi et Mentis Suæ Declaratio, serio deliberate ac Sponte nobis facta datæ potestatis plenarie breviter ac Succinte á me ad Chartam notetur, et de hoc unum aut plura exemplaria probe mandata desumpta in forma authentica ad Suum usum tradi, ei que dari valeant, et quemadmodum vi officij mei Notarialis Legali ejus petito deesse nequivi Sic prædicta omnia actitata ad majorem Certitudinem attestari, meaque manu et appositione Signeti Notariatus Consueti una cum Domino requirente ipso ita Subscripto, et Rogatis Testibus perquam honestis communire, ipsique illud restituere Volui Actum Heidelbergæ Anno et Die ut Supra et erat Signatum L: Jo: De Muiria et Suo Sigillo Sigillatum, Franciscus Casparus Eckhardt Sacris apostolica ac Imperiali .... Notarius qua testis Rogatus cum Sigillo Suo apposito Jacobus Dumge advocatus Palatinus qua testis rogatus cum sigillo Suo apposito, Inferius habebatur,

Joannes Conradus Rhim autht: Cæs: Notarius publicus Juratus, et requisitus in fidem in margine erat Impressum sigillum dicti Notarii in hostia blanca,

Nos Consules et Senatores Electoralis Palatinæ Metropolis ac Residentiæ Heidelbergæ plenipotentiam Supra Compositam non Solum ex Officio sed et in fidem Corroboramus, Simulque attestamur, mediante Impressione Sigilli majoris, Consilij Nostri, Supra Subscriptũ Dominum Joannem Conradum Rhinium esse Notarium Cæsareum Publicum ac juratum. Actum Heidelbergæ die decima tertia Maij 1732 Inferius erat Impressum Sigillum Dictæ Civitatis in in hostia Rubra

Concordantiam cum suo originali in mei Notarij Prothocollo quiescenti Attestor
P. Felix notis Pubs

Infrascriptus Secretarius Sacræ Cæsareæ ac Regiæ Suæ Majestatis in Supremo Brabantiæ Concilio Certifico Paulum Felix esse notarium publicum a dicto concilio admissum, et quod instrumentis ab ipso in dicta qualitate expeditis et Signatis ut Supra adhibeatur integra ac plena fides tam in judicio quam extra illud, in cujus rei veritatem hanc dedi Sub Sigillo dictæ Suæ Majestatis Secreto. Bruxellis hac 16. Septembris 1732

[signature]

1732

... ipso ita subscrip:
... quam honesti
... stituere volui
... Die ut supra
... uria et suo sig.
Casparis Eckhardt
... li
... cum sigillo suo
... ocatus Palatinus
... lo suo appósito,

... tti: Cas: Notarius
... is in fidem in
... uim dicti Notari...

Infrascriptus Secretarius Sacrae Caesareae
Suae Majestatis in Supremo Brabantiae Concili...
Paulum Felix ... notarium publicum a dicto...
admissum, et quod instrumentis ab ipso in di...
expe... et signatis ut supra adhibeatur ...
ple... tam in judicio quam extra illud, ...
v... dedi sub sigillo dictae Suae M...
Secr... Bruxellis hac 16. Septembris 173...

1732

4 S
1732

Gratis

In Nomine Domini!

Manifestum ac Notum sit quibuscunque quorum
Interest per publicum hoc Instrumentum Notariale
quod Anno Currente Millesimo Septingentesimo
trigesimo secundo die Vigesimo quarto Mensis Maij
Nobilis ac Generosus Dominus Petrus Josephus Liber
Baro De Miria Serenissimi ac Potentissimi
Principis Caroli Philippi Electoris Pallatini Signi:
fer Legionis Sulbacensis Coram me Infra
Scripto Notario Caesareo Publico Jurato testibus
que in fine hujus Consignatis Comparuit et eo
se se aperte declaraverit, quoniam ille ipse in Patria
Sua in Regno Hispaniæ Sita neutequam esse, mi:
nusque bonis a Suo pie Defuncto Domino Parente
Joanne Libero Barone De Miria qui quondam
Gubernator Antwerpiæ extitit, simul etiam
S: M: I: et Cathol: dignitate Tribuni Militum
praeminuit relictis ac Rebus commode uti
frui non possit, quod adeo quia ob Impedimentum
tale Legitimum absentiæ Nobili, et perquam
Dilectæ Dominæ Matri Suæ Mariæ Annæ Viduæ
De Miria Natæ De Torres et de La Torre plenam
ac Immediatam potestatem Conferret, ac omnia Sua
bona propria mo: et Immobilia Jure haereditario
aut alio titulo ibidem habentia nihilo excepto
cum omnibus appertinentijs quovis meliori modo
ac posse Suo Nomine Irrevocabiliter vendendi
alienandi, distrahendi, evictionem praestandi, re:
nunciandi pretia eorum stipulata recipiendi
dandi Apochas Imo ea faciendi, quaecumque
etiam ad hoc Negotium Specialiter reperient ut
necessaria, Concedat et quid quid itaque per Dilectæ
Domina Sua Parens vi hujus a se ipsa etiam

nobiscum Subscripti et Sigillati mandati est fac:
:tura, hoc id ipsum ab eo Similiter ratum, gra:
:tum, et ut proprium factum suum, cum renun:
:ciatione quarumvis exceptionum in genere
ac in Specie, et quidem ad Dies perpetuos ha:
:beatur annexa decente requisitione tali ut
hac Animi et Mentis Suae Declaratio serio De:
:liberate ac Sponte nobis facta data potes:
:tatis plenariae breviter ac succincte a me
ad Chartam notetur, et de hoc unum Ex:
:emplarem probe mundata desumpta infor:
:ma authentica ad Suum usum tradi sigil:
:lare valeant, et quemadmodum ex Officij mei
Notarialis Legali ejus petito deesse negavi
sic praedicta omnia ac relata ad majorem
Certitudinem attestari, meaque manu et
appositione Signeti Notariatus Consueti
una cum Domino Requirente ipsoque Sub:
:scripto, et rogatis Testibus perquam hones:
:tis Communire, ipsique illud restituere
volui Actum Ratingae Anno et Die ut Supra
et erat Signatum C. J. De Maria et Suo Si:
:gillo Sigillatum Jac. V: Binkenfeld, Combl
quà testis requisitus cum Sigillo Suo apposito
Otterons famm: quà testis requisitus cum Sigillo
Suo apposito Inferius habebatur

In fidem premissorum attestor Ego Joes Herman:
:nus Clouth Notarius Caesareus publicus appro:
:batus Immatriculatus et Juratus Specialiter
ad haec requisitus Con: et Subscripsi Consuetoque
Sigillo meo Notariali munivi in margine erat
Impressum Sigillum Dicti Notarii

Nos Consules Scabini et Senatores Capitalis Civi:
:tatis Ratingensis etc. plenipotentiam ante

Compositam, una cum adhibitis requisitis Tes:
:tibus fide dignis Subscriptam, non solum modo
ex Officio, sed et in fidem Corroboramus, Similque
attestamur, mediante Impressione Sigilli Majo:
:ris Consilij Nostri, ante Subscriptum Dominum
Joannem Hermannum Clouth esse Notarium
publicum, approbatum et Immatriculatum
nec non Juratum, actum Ratingae vigesima
quarta Maij, 1732 Inferius erat Impressum Sigil:
:lum dictae Civitatis in viridi Cera,

Concordantiam cum suo
originali in mei Notarij
Prothocollo quiescenti
Attestor
P. Felix Nots Pubs

Infrascriptus Secretarius Sacrae Caesareae ac Regiae Suae
Majestatis in Supremo Brabantiae Concilio Certifico
Paulum Felix esse notarium publicum et fidelem
a dicto concilio admissum et quod instrumentis ab ipso
in dicta qualitate expeditis et signatis ut supra
adhibeatur integra ac plena fides tam in judicio
quam extra illud. in cujus rei veritatem hanc dedi
sub sigillo dictae Suae Majestatis Secreto Bruxellis
hac 16 Septembris 1732

[signature]

1732

...tinga Anno et Die ut supra
... P. J. De Murua et suo Li:
...c. V. Binsenfeld, homb...
...is cum sigillo suo appo...
...a testis requisitus cum sigillo
...ius habebatur

...n attestor Ego Joannes Herman:
... Caesareus publicus appro:
...tus et Juratus specialiter
...on: et subscripsi consueto
...i muniri in margine erat
...ti Notarii

...t Senatores Capitalis Civi:
... plenipotentiam ante

a dicto Concilio admissum et quod
in dicta qualitate oppositis et s...
adeibo... integra ac plena f...
quam... illud. in civili rei
Sub... suo Majestati
L... ...bril 1732